

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: [digibib.ub@uni-rostock.de](mailto:digibib.ub@uni-rostock.de)

---

Johann Quistorp

## In Festo Paschatos

Rostochii: Kilius, 1645

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734815549>

Druck    Freier  Zugang



R U Progr. 1645 + 1646

1) Johann Quistorp

2) " "

3) Heinr. Schüdemann

4) " "

5) Johann Quistorp

6) Schütze 1646 Bacchana

7) " " " resurrectio



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn734815549/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734815549/phys_0002)

DFG

2

# IN FESTO PA- SCHATOS

*affixum ab*

Universitatis RECTORE  
**JOHANNE QVISTOR-  
PIO, D. & Theologicæ Facul-  
tatis Seniore,**



ROSTOCHII,  
*Literis NICOLAI KILI, Acad. Typog.*  
Anno M. DC. XLV.

АФОТЕЛ  
СОЛДАТ  
БОЛГАРИЯ  
СОЛДАТ  
БОЛГАРИЯ  
СОЛДАТ

RECTOR  
Universitatis Rostochiensis  
**JOHANNES QVISTOR.**  
PIUS, D. & Theologicæ  
Facult, Senior.



Mnibus incessere Gaudiis Israelitæ,  
& mente conceptam  
lætitiam contestati  
sunt, in lubila erum-  
pentes quando Goli-  
athum hostem, sibi Deoq; suo ante in-  
sultantem, à Davide stratum cernunt,  
videre ibi est mulieres cum tympanis  
choreas agitantes: audire licet easdem  
Davidis victoriam à prostrato hoste  
deportatam voce deprædicant.

A 2

Quid

Quid nos hoc tempore agere fas est,  
quando recolimus Salvatoris nostri  
Victoriam, quam à superatis DEI no-  
strisq; hostibus, Spiritibus illis inferna-  
libus, abstulit? Congressus est tem-  
pore Passionis suæ Redemptor noster,  
cum Goliatho totaq; phalange infer-  
nali, superior evasit, caput serpentis  
contrivit, Draconem rufum concul-  
cavit. David victoriâ sua Israelitas,  
quibus pâucorum annorum servitu-  
tem Goleathus intentabat, liberavit.  
Nos qui æternæ servituti subjecti era-  
mus, Noster David CHRISTUS JESUS,  
non solum in libertatem perpetuam  
asseruit, sed & liberatos, sibi fratres  
& cælestium bonorum hæredes con-  
stituit. Per hujus Passionem & Crucem,  
(cum Cyrillo loquor) reddita est Ialus hu-  
mano generi, facta est redemptio nostra & reconciliatio,

liatio. Per ipsum allata est nostro dolori medicina,  
data est fortitudo & robur homini, ut hac lorica ob-  
tectus & galea, intrepidus ineat certamen cum hoste,  
quem Dominus noster crucis salutiferae beneficio fo-  
rás ejecit, profigavit omnino, & penitus attrivit.  
Exultemus itaq; ut monet Origenes, & ad cru-  
cis similitudinem sanctas in calum levemus, manus.  
Cum sic nos armatos dæmones viderint, oppri-  
mentur. Quando Moses erectas habebat manus, vin-  
cebatur Amalek, si paululum illæ conciderant, in-  
valesceret. Antennæ navium velorum cornua sub  
figura nostra crucis volitant. Aves ipsa quando  
in superiora se attollunt, & pendent per aera, exten-  
sis alis imitantur crucem. Sed & tropæa ipsa, &  
victoriae triumphorum ornatae crucis sunt, quas non  
solum in frontibus, sed & in animabus quoq; nostris  
gestare debemus, ut quum sic fuerimus armati, calce-  
mus super aspidem & basiliscum, in CHRISTO  
JESU, cui est gloria, cum DEO patre & Spi-  
ritu sancto in secula seculorum. Ut hæc læ-  
ta mente consideremus & agitemus  
gaudia, voces, quæ hoc potissimum  
anni tempore, intemplis ante paucu-  
los dies de victrici Christi Passione

sonuerunt, & nunc de hostibus Resurrectione  
gloriosa superatis audiuntur, nos invitant.  
Amat Mundo dedita multitudo, boatibus & cla-  
moribus Evoe Evoe in honorem Bachi, cui lita-  
vit, ingeminare, Amat displosione bombardar-  
rum, etiam in quieta Republica, ut juxta secum  
alij sciant se domi insanire, mentis suæ lætitiam  
prodere: etiam eo tempore, quando Salvator  
noster plenus tristitia sanguineum fundit sudor-  
ē. Romani Plinio teste, Bello 2do, Punico Luciū  
Fulvium argentarium, quod cum corona rosa-  
cea interdiu è pergula sua prospexit, in teturum  
carcerem conjecterunt, nec emiserunt ante fi-  
nem belli, ut ibi suas miserias lamentaretur, qui  
in calamitate publica signum lætitiae capite ge-  
staverat. Et inter Christianos, proli pudor, in-  
veniuntur, qui voce & factis, se ridere ostendunt,  
quando Salvator humani generis clamat, D E-  
US mi, D E U S mi, quid me deseruisti: quando  
CHRISTO ingementi, & vitam suam pro nobis,  
acerbam mortem sustinendo, profundenti, exBo-  
naventura succinit Ecclesia:

„ Sanguis ejus effusus est, & pretium solutum  
est,

„ Diabolus devictus est, & bellum consumma-  
tum est;

Chi-

„ Chirographum deletum est, & homo jam re-  
demptus est.

„ O bonitas bone JEsu, qui es nostra justitia,

„ O veritas vere JEsu, qui es nostra scientia,

„ O charitas chare JEsu, qui es nostra redem-  
ptio,

„ O sanctitas sancte JEsu, nostra sanctificatio.

„ Consumma nobis gratiam, & consumma ju-  
stitiam,

„ Consumma conscientiam, & consumma læ-  
titiam.

Excutite Academiæ cives, illud ex mundana-  
narum rerum, carni suavium, enatum γλυκύπικρον  
gaudium. Cum CHRISTO pro nobis in mor-  
tem tradiro indelete, & eundem ex morte victo-  
rem resurgentem, lætis animis cum Ecclesia his  
verbis excipite

„ Vita sanctorum, decus Angelorum

„ Vita cunctorum pariter piorum

„ CHRISTE, qui mortis moriens mini-  
strum

Exuperasti.

„ Tu tuo lætos famulos trophæo

„ Nunc in his serva placidis diebus,

„ In quibus sanctum celebratur omnem

Pascha per orbem.

„ Pascha, quo victor rediens ab imo

Atque

„ Atque cum multis aliis resurgens  
„ Ipse susceptam super alta carnem  
Astra levasti.  
„ Nunc in excelsis dominus refulgens,  
„ Et supra cœlos DEUS elevatus,  
„ Inde venturus homo judicatus,  
Denuo judex.  
„ Cordatu sursum modo nostratolle,  
„ Quo patri dexter residens in alto  
„ Ne resurgentes facias in ima  
Præcipitari.  
„ Hoc pater tecum, hoc idem sacratus  
„ Præstat amborum pie CHRISTE, Flatus,  
„ Cum quibus regnas DEUS unus omni  
Jugiter ævo.  
Hoc agite P.P. Rostochij die Paschatos  
Anno 1645.








Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn734815549/phys\\_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734815549/phys_0012)

DFG

te. Apostolus Paulus fidus Cl  
geminat abijciamus opera tem  
mur armis lucis, sicut in die ho  
non in commessestionibus Ebr  
bilibus Ebr impudicitias, non in ce  
latione. sed induimini dominum  
Ebr carnis curam ne feceritis in  
nobis inculcat hinc inde Spi  
sacro codice. Quæro ex te  
stianus dici affectas, cui nam  
cujus monitis parere debeas  
no & Salvatori, qui te carè  
te sanctificavit, & Spiritu S.  
minibus, an diabolo hum  
infensissimo, carni in exitiu  
do concitato cursu in infern  
O impietatem omni sermon  
Deum vindicem justissimum  
omnis generis plagas, quib  
mania vastatur attraxit, quæ  
tentia seria averterimus, exit  
rietur. Usurpat Ecclesia his  
riam patientis Christi, sisti  
vincula conjectum, ad inju  
tractum, colaphis male tract  
tur patum, virgis cæsum, spi  
in crucem actum, clavis conf



the scale towards this document

Image Engineering Sane Reference Chart TE263 Serial No. 1180